

(35)

FERDINANDVS 2<sup>us</sup> R<sup>mus</sup> 2<sup>us</sup> C<sup>tsi</sup> hucusq; in eo quo benigna  
 Dei Opt. Max. uoluntate constituti sumus loco magnopere semper  
 cauendum nobis consueuimus ne laudem potius humanam  
 captasse, quam actiones, et studia nostra ad tuendam et  
 propagandam Diuinae M<sup>ts</sup> gloriam, et Cr<sup>nae</sup> Reip. utilitatem  
 promoueri composuisse uideremur, nunc tamen diffiteri  
 non possumus quin Lra P<sup>ta</sup> V. R<sup>mae</sup>, quas XXVIII prox<sup>e</sup>  
 elapsi mensis Julij ad nos dederunt referas praedarissimas  
 encomijs actionum nostrarum, maximam nobis uoluptatem  
 attulerint. Quis namq; nobis uicio uertet (nolo inui-  
 dia, aut sumister animus absit) quod letemur nrām  
 in tuenda Ecclesia Dei, et procuranda eius unitate, atq;  
 concordia propensissimā, et sinceram uoluntatem,  
 praestitāq; in hac re officia uirorum pietate, doctrina,  
 sapientia, acerrimog. iudicio praestantium, ac praecipuor.  
 Ecclesia cardinum, honestissimo, et amplessimo testimonio  
 comprobari, laudibusq; efferri: neq; n. id pertinet ad  
 inanis gloria blandicias sectandas, sed conscientiam  
 hoc turbato rerum, et temporis statu plurimum solatur  
 et confirmat. In quo quidem iudicio suo P<sup>tes</sup> V. R<sup>mae</sup>  
 sese ab eo, quod res est aberrasse nunq; intelligunt:  
 quon firmiter credere poterunt nos tum antea, tum in  
 his que haectenus durante maximē sacro isto Concilio  
 egimus, non aliud, q; Diuinae M<sup>ts</sup> gloriam, et Ecclesia uni-  
 tatem quaeuuisse, adeoq; libellum illum de morum emendatione  
 conscriptum superioribus mensibus non alio modo, quam  
 singulari quodam zelo, et uuanda Ecclesia studio isthuc

misisse. prout copiose demonstravimus, in lris, quas postea ad  
P. V. R<sup>mas</sup> ea de re non nisi optima et intentione scripta  
et a P. V. R<sup>mi</sup> in meliorem partem acceptas fuisse valde  
libenter intelleximus.

Quare agnoscamus P. V. R<sup>mi</sup> hoc nomine oia benevolentia, et  
humanitatis, gratiaq; animi officia a nobis deberi, et ne ea  
P. V. R<sup>mi</sup> usq; defuisse videantur quoquo loco, et tempore  
comitemur

Et ut pauca quadam replicemus ad memoratas P. V. R<sup>mas</sup>  
leas, unde hunc ipsum pium animum et Zelum nostrum  
penitius, et certius cognoscant, eis benevole asseveramus  
nos non modo in malam partem non rapuisse, quod P. V. R<sup>mi</sup>  
libellum illum Patrib. non proposuerint priusq; ipsarum  
sententiam cognosceremus, verum nunq; etiam voluisse, ut  
aliquid in Concilio proponeretur, vel tractaretur perturbate  
vel confuse, atq; adeo praeter modum, et ordinem quem P. V.  
R<sup>ma</sup> summa prudentia a maioribus traditum, sumaq; quoq;  
religione conservandum esse ostendunt. Ideo mens nra fuit  
ut libellus prius P. V. R<sup>mi</sup> exhiberetur, et postea tandem  
sacra Synodo proponeretur. absit enim quod velimus aliq;  
arbitratu nro referri ad Synodum inconsultis P. V. R<sup>mi</sup>  
de quar, equanimitate prelate, et integritate nobis pollice-  
mur, quaecumq; postea sacram Synodum cognoscere, nec  
et sacri Imp. Regnorumq; et Dnorum nror, intererit; modo  
ab aequitate et honestate non sint aliena, illa P. V. R<sup>mas</sup> ad  
eandem sacram Synodum haud gravatum relaturas esse,  
aut saltem non futuras impedimento, nec iniquis animis  
accit.

accepturas, ut saltem per Oratores nros & cum P. V. R<sup>om</sup>is prius  
 comunicata patribus libere exponantur, ita ut nobis, et  
 cuiq; Christianam orbis Regi, Principi, aut Potentatui, solita  
 et antiqua libertas, atq; potestas, nras et sacri Imp. ac  
 uniuscuiusq; nrorum Regnor, et Prouinciar, necessitates  
 ingenuè, ac sincere Synodo explicandi re ipsa constet.  
 sicuti futuris P. V. R<sup>om</sup>is in lris suis spem nobis facere  
 praesertim cum etiam aduersarijs ipsis quilibet propo-  
 nendi facultas concessa sit, quod factum esse magnopere  
 laudamus: nihil plane ambigentes, quin illi (ut scribit  
 P. V. R<sup>om</sup>is, si in animum inducerent suum, ut ad Conc<sup>m</sup>.  
 uenirent re ipsa experirentur quanta eos benignitate, &  
 Synodus complecteretur, et quanta patientia si qua de  
 re doceri cuperent a Patrib. audirentur. Nobis certe  
 optatissimum foret, quod id sibi persuaderi paterentur  
 sed quo minus id saltem ab eis obtineri potuerit  
 per operam diligentiam, et sollicitudinem nram non  
 fedit. sed causa ita nota sunt omnibus, ut eas hoc  
 loco enumerare superuacaneum sit. Quod si in poster,  
 quog; aliquid in hac re prestare poterimus id mi-  
 nime omitteremus

Verum quod ad Reformationis negotiu' attinet, quam tanto  
 studio promoueri, et urgen' suscepimus P. V. R<sup>om</sup>is iterum  
 atq; iterum confirmamus nos non id agere, ut in eo  
 negotio ita rerum ordo inuertatur, ac commutetur  
 ut oues Pastori praesent, uel membra capiti imperare  
 debeant, ita ut ex ea occasione sacrum Conc<sup>m</sup> ante

tempus re infecta dissolvatur. vel etiam quod vitam  
mores, vel actiones S<sup>m</sup> D. se in iudicium vocari velimus  
de cuius ser<sup>o</sup> pietate, et incorruptis moribus ita sentimus  
ut Deo omnipotenti ingentes gratias agamus talem Pont  
hisce temporib. turbulentis, et dum nos Divina benign<sup>o</sup>  
Rom. Imp. gubernacula tenemus, cum Regnis D<sup>n</sup>iss<sup>is</sup>  
obtinuisse, et pro eius salute et incolumitate iugiter precor  
ad Deum fundamus. Nemo profecto hominum aliter  
nobis subicari debet, qui nihil minus q<sup>uam</sup> s<sup>uam</sup> suam usque  
reprehendere, nedum in invidiam, aut odium hominum  
adducere cogitamus, cuius est, et tam praecleara in nos  
extant paterni amoris argumenta, quae certe iure  
suo exposcunt (si ingrati animi notam effugere voluerint)  
ut s<sup>uam</sup> eius omni loco ac tempore mutuis filialis obser  
vantia officijs semereri, eusq<sup>ue</sup> dignitatem, et auctoritatem  
summo conatu tueri, et amplificare studeamus.

Tametsi vero in libello de emendatione Curiae Rom. leviter  
et debita cum modestia aliquid tactum est, nos t<sup>amen</sup> in uniuersis  
hoc Reformationis negotio in effectu, ac potissimum ad optatam  
Ecclesiae concordiam, et quietem, ac publicam Christiani orbis  
salutem, atq<sup>ue</sup> extremam necessitatem respeximus, quam opti  
mum quisq<sup>ue</sup> pro deplorata Sabere videtur, nisi hoc saluta  
ris, et praesentanea medicina emendandi mores, et  
tollendi abusus adhibeatur

In quem quidem finem etiam n<sup>ost</sup> respicimus dum P<sup>ro</sup> V. P<sup>ro</sup>  
de hoc remedio ductus non differendo beneuole co'mone  
facimus quod certe P<sup>ro</sup> V. P<sup>ro</sup> nec aliter interpretat  
turas esse confidimus.

Et ut

Et ut in hoc negotio Reformationis paulo ulterius progrediamur  
 et P. V. Romae freti optima earum in nos uoluntate sententiam  
 nr̄am de hoc qui obseruari dicitur in Concilio rerum tratan-  
 darum modo, et ordine, candidè et amice aperiamus,  
 insistendo tamen priori nr̄ae declarationi quod seors per id  
 intelligi non debeat, quod uelimus sacro Concilio leges  
 praescribere, aut id quod rectum est aliter, quam rite,  
 et ordine fieri (id quod ab instituto pro alienissimū est)  
 gratissimum quidem nobis accidit quod P. V. Romae in  
 lris suis spondent, atq; promittunt sese libenter factu-  
 ras, quod antea Oratoribus nr̄is pollicita fuerant, ut  
 quotiescunq; sese occano obtulerit aliquam libelli nr̄i  
 partem sacrosancta Synodo proponant, in primisq; data-  
 ras operam, ut de reformandis, ac constituendis melioribus  
 nr̄ae Germania, ceterorumq; Regnor, Ecclesijs qua ad nos  
 iure hereditario pertinent diligentiss. agatur, tum ut  
 fidei puritas, qua adhuc reliqua est in eis prouincijs  
 conseruetur, ac uolente Deo, latius propagetur. Sed  
 animum nr̄m uerementer angit, quod res, ut nos quidem  
 sentimus, diutius protrahatur, quam euident, et extrema  
 necessitas Christiana Reip. ac max. sacri Imp. Regnorūq;  
 et Prouincijs nr̄as, exigat

Nam ex ijs lris, qua proximis diebus e Tridento ad nos  
 perlatae fuerunt, intelleximus, quod absolutis in prox.<sup>a</sup>  
 praeterita sessione celebrata ad xvi diem elapsi mensis  
 Julij, articulis de usu sacrosancti Eucharistiae sacram<sup>ti</sup>  
 sub una tñ duntaxat specie, res coaducta sit, ut nunc

materia sacrosu<sup>l</sup> Sacrificij Misa<sup>l</sup> pertractetur, ita ut  
etiam aliquot articuli de ea per P. V. P. V. P. V. sacra Syno-  
propositi fuerint, de Reformatione tri<sup>l</sup>, et alijs articulis  
in nro scripto comprehensis usq<sup>3</sup> adeo nullam mentionem  
factam intelleximus, ut res eo spectare videatur pro  
sua capita rerum bene gerendar<sup>3</sup>, ac recuperanda  
prudentia tranquillitas in Ecclesia Dei perpetuo silentio  
involutum iri qua in parte pro ratione officij nri, et pro  
summa rei necessitate omittere non possumus, quin  
et Christiano Zelo P. V. P. V. aliquid benevole admo-  
neamus

Apparet quidem in his disputationibus, et tractatibus pro  
et Orthodoxus P. V. P. V. ac reliquos Reverendos  
et Ven<sup>tu</sup> Patrum, atq<sup>3</sup> Theologos, animus ac summa  
et exquisita diligentia quam in Smo negotijs adhibe-  
cernitur, ita ut merito eam debitis laudib<sup>3</sup> comendemus

Verum pro eo res Germanicar<sup>3</sup> usu, quem a quadrag<sup>3</sup>  
annis comparavimus, quibus Dei benignitate negotijs  
publicis interfuimus, atq<sup>3</sup> praefuimus, et P. V. P. V. non  
dubitamus ingenuè fateri quod valde metuemus si  
hoc tempore Reformationis negotium postponatur,  
dumtaxat discutendus, et stabilien<sup>3</sup> dogmata  
qua per sese satis firma sunt, opera detur, ne plus  
mali, quam comode inde ad Christianum orbem max<sup>3</sup>  
vero ad Germaniam, Regnaq<sup>3</sup> et Dnia nra redeat  
et ne tandem etiam si (quod absit) res minus comode  
quam vellemus, successerit, tam Smo D. N. q<sup>3</sup> P. V. P. V.

161  
ac reliquos, Præm' aut Soritas, et exultimatio vulgo  
passim tradueatur, et Laceretur, adeo ut in ea senten-  
tia plane persistamus, salvo P. V. R<sup>ma</sup> simul et sacro  
sancta Synodi iudicio, cui nos quoque tempore  
submittimus, presentem dogmatum tractationem  
negocio reformationis, non solum non esse præponen-  
dam, verum etiam (si dicere fas est) absq; omni  
incommodo vel periculo tantisper differri posse, donec  
reformationis negocium ad amicum absoluat

Quid enim attinet tam anxie, et tanto temporis  
spacio disquirere de his dogmatibus, de quibus  
apud omnes non solum Præmices, verum etiam  
Præmates Socios Catholicos nulla nunc penitus ex-  
istit, vel demceps (Deo propitio) futura est disceptatio?  
an non repererunt, qui hoc in effectu interpretabuntur  
eo tendere, ut quodammodo frustra tempus conteratur  
et se infelici discedendi occasio quaeratur.

Certe si aliqui Somines quarumcūq; Nationū in Cone.  
nunc adessent, qui contrarijs opinionibus additi sunt  
qui eas mordicus contra sensum scæ Synodi, qui idem  
est cum Cat<sup>o</sup> defendere, ac tueri vellent, Saceret  
procul dubio hæc forma tractandi rationem plusq;  
necessariam

Sed cum nemo ex illis adsit, velle hominū excitans qua-  
estionibus res alias, quæ maioris momenti videri possunt  
preceslare, idem propemodum foret, ac si quis vellet  
aerem verberare

Non ignoramus ad presens plurimos istius esse viros  
ingenti eruditione praeditos, qui de controversis religionis  
nostrae articulis egregie loqui possunt, verum tamen in  
in effectu aliud dicturi non sunt, quam id ipsum quod  
ante mille, et plures annos a summis Ecclesiae Doctoribus  
dictum fuit de quo neque nobis, neque reliquo Concilio  
coetui, ulla penitus dubitatio inderet

Sane si quis exultimare vellet futurum, ut adversarii Concilii  
religionis nostrae credant, atque obtemperent quantumvis  
summis Concilii Decretis statim ex quo promulgata fuerint  
quemadmodum aliqua haecenus promulgata sunt  
is ut nobis videtur ingenium illorum hominum non satis  
habet perspectum

Quinimo, quemadmodum hisce Decretis de Sacrosancta  
Missae officio, ac ceteris Dogmatibus parum fortasse  
opus est ijs, qui etiamnum in Concilio et Orthodoxa  
religione nostra constanter persistunt, sic etiam e  
diverso illi, qui a religione Orthodoxa recesserunt  
et omnibus modis, ac vijs ad comparandum in Concilio  
adduci deberent, plane deterrebuntur, et aliena  
buntur quo minus ad Concilium accedere velint. quod  
enim credendum est, illos (quod tantopere exoptant)  
ad Concilium venturos, ubi iam antea sese condemnatos  
fuisse senserint, nec quisquam dubitare debet eiusmodi  
Decreta nullum plane apud illos locum habitura, sed  
illos gravius quoque irritatum iri, adeo ut et Concilium  
antiquum



162

autoritati detracturi, et Ecclesiam nostram Cath<sup>ca</sup> magis  
magisq; sibi persequendam fore existimaturi sunt

Posteaq; ergo in hac parte, nullus ferè, uel saltem modicus  
Concilij fructus sperandus est, magis expedire arbitramur  
quod tot, et tam insignes labores, sine minori iactura  
temporis, et in rebus pro presentis status qualitate magis  
necessarijs consumantur. nempe quod ad Reformationis  
negotium, ac praesertim ad articulos in libello nro  
comprehensos sigillatim eo animorum ardore, quo  
debet in causa publica, et gloriam Dei, atq; Eccl<sup>iae</sup>  
tranquillitatem concernere procedatur. et donec hoc  
negociu<sup>m</sup> Reformationis pertractatum fuerit, uel certo  
constiterit, quid de aduentu aduersarij, sperandus  
sit, si fieri queat, tota haec dogmatum tractatio sus-  
pendatur, ut qua pertinet ad irritandos tm aduer-  
sarios: Catholici uero parum proficiat, siquidem in  
ijs nihil habent dubij, uel difficultatis: et rectius,  
atq; utilius tractari poterit praesentibus aduersarijs,  
quam absentibus, cum enim nulla sit inter Cath<sup>cos</sup>  
de dogmatibus controuersa. non uidemus ad quid  
etiam ysdem Decreta dogmatum profutura sint.  
quod si haec suspensio nunc ante undecimam Sessionem  
fieri non poterit, saltem ea peracta statim fiat  
Initium aut a quocunq; libelli nri capite siue articulo  
fecerunt P. res V. Roma nos susq; deq; habituri sumus

P. V. R<sup>ma</sup> pro sua sapientia ipsemet statuent, quo  
ordine articuli illi comode, et utiliter discutendi

Proterum nos minime latet multos ad admodum durum uisum  
iri, us praecipue, qui fortassis magis mundi huius  
fluxa, et fragilia, quam aeterna bona sectantur.  
Nobis tñ illor opinio non obstat, quon P. V. R<sup>mus</sup> zelum  
nostrum patefaciamus. illi aut uiderint ipsi an equius  
sit, uel etiamnum magis expediat, priuatis illor  
affectibus indulgere, quam omnes neruos eo intendere  
nec quicquam intentatum relinquere, ut scia Cat<sup>ca</sup> reliqua  
nostra saltem apud paucias hasce reliquias sacra testis  
conseruetur. Quod quidem, quemadmodum sine Eccl<sup>ae</sup>  
reformatione (ut nobis uidetur) nullo unquam modo, aut  
tempore fieri poterit ita uerendum est, ne forte qui se  
P. V. R<sup>mus</sup> in hoc negocio opposuerint, aliquando facti  
sui Deo grauissimam rationem reddere cogantur

Qua cum ita se habeant P. V. R<sup>mas</sup> maiori quam possumus  
studio, atq; diligentia adhortamur, monemus, et obtestamur  
immo per misericordiam Dei rogamus, atq; obsecramus, ut  
pro sua summa pietate, et in rem Christianam studio  
hanc rem cura habeant, eiq; dirigant ut miserissimo  
populo Christiano tandem post tot annos, saecula, quibus  
quotidiani gemitus, ac querimoniae hanc ob causam  
emissa sunt, opportune et recte consulatur

Timeamus n. nisi in hoc Coni<sup>o</sup> et quam citissime fiat, ne  
frustra

163

frustra demde laboratur, usq; perdatur opera, ac demum plurimum  
boni viri; tanq; reb. omnibus desperatis animum penitus deiciant  
et ingentem orbis Christiani ruinam non aliter q; lacrimantibus  
oculis psequantur

Sextant nobis cum procul dubio pclariss. et pstatiss. quiq; Christianam  
orbis Reges, qui nunc Oratores, et Praelatos suos in Conc. habent  
existimantes sua Regna, suasq; pvincias, no minus q; illas quae  
noe cura Divinitus concredite sunt in hac parte laborare, qui  
cum et ipsi P. V. R. suas difficultates et necessitates fortassis  
exposituri sint P. V. R. benevole ac diligenter exortamur, ut ipso-  
rum quoq; perinde ac nri et s. Imp. Regnor, et Dnorum nror, a  
saerosca ista synodo rationem haberi curent. quo ipis quoq;  
ut par est, paterne consulatur. Nam utcumq; nos potissimum  
pro sacro Rom. Imp. et quibuslibet Dnys ab eo dependentibus  
ubique sint, atq; pro Regnis et Dnys nris hereditarijs sm  
Caesari, ac Regu muneris nri raem sollicitus esse oporteat. et  
P. V. R. in his hor, dumtaxat mentionem fecerint, ostendentes  
eor, salutem, et incolumitatem sibi cordi esse, tu q; officio Imp.  
Christiani, qui universa Reip. Chr. aeque consultum cupimus, et  
pro mutua amicitia, necessitudine, et benevolentia, qua nobis  
cu' alijs Regib. Potentatib. et Principib. intercedit, non possumus  
praetermittere, quin illor, quoq; labores, atq; difficultates P. V. R.  
maiore in modum comendemus

Quod si sola Italia adeo felix est ut Reformatione no indigeat  
nos id ei ex animo gratulamur Sed Deus elementer avertat  
tam ingens detrimentum, ut universa reliqua Chr. in solum  
illum angulum recludatur.

Cetero speramus, atq; cofidimus P. V. R. hanc nram in scribendo liber-  
tatem aequis animis saturas esse. siquidem ea no aliunde  
pfiensatur q; e sincera mente, et pro Zelo excitata summa  
et extrema necessitate, quia hoc perturbato saeculo Chr.  
orbis maxime vero Germania, ac Regna, ac Dnia nra con-

fluctantur cōmiseratione, tū in super arbitremur quicquid se  
offerat, in quo gloria diuini nōi scāg Ecc.<sup>a</sup> aut Eccl<sup>ie</sup> et sacra  
Cath.<sup>ca</sup> religionis consecratio p̄moueri possit, id a Cæs.<sup>na</sup> off.<sup>o</sup> debere  
nequaquam alienū esse

Postremo animū quoq; nob. addidit, in hoc sūmē necessario reforma  
neg.<sup>o</sup> acruis urgēdo mirifica S. D. N. pietas et p̄pensiss.<sup>a</sup> uoluntas  
quam ad p̄mouendū idipsum negotium emendationis, non  
obscure p̄ se ferre uidetur

Plura ad excitandū P. V. P<sup>max</sup> studiu, et curam amplectendi optata  
et ab omnib. p̄s maximo ardore expetitum Reformationis op̄  
non adducimus, nedum nimis exquisitē singula p̄sequimur  
minus cādide de P. V. R. integritate, et p̄pensissima Ecc.<sup>a</sup> dei in  
p̄iozem suū nitorem restituendi uoluntate, ac dilig.<sup>a</sup> sentire  
aut planē diffidere uideamur. Stant tamen cōclusionē adde  
non pegebit P. V. R. labor, suoz in p̄mouen<sup>o</sup> Reformatione Sabitu  
uberrima p̄mia in aeterna Dei gloria cōsequuturas, ac  
in terris quoq; immortalē nomen, et laudem consecrata, ac  
restituta Cath.<sup>ca</sup> religionis adepturas, ac demq; a nobis  
oīa beneuolentia off.<sup>a</sup> quouis loco, et tempore parata Sabitu  
esse. Misericors Deus P. V. P<sup>max</sup> operam et sollicitudinem  
p̄ruerit ad nominis sui gloriam, et uniuersae Reip. Cr.<sup>nae</sup>  
salutem easdemq; q̄ diutissime saluas et incolumes cōseru  
Dat<sup>o</sup> Praga 12 Augusti 1562

Legatis in Concilio